Fragmentarium

filioſ eorum & filiaſ eorum. ℟ Saluum me fac deuſ quoniam intrauerunt aque uſq; ad animam me am ne auertaſ faciem tuam a me quoniam tribulor exaudi me deus meus. ℣ Intende anime mee & libera eam propter inimicoſ meoſ eripe me domine deus. ℟ Saluum.

Dormiuim in confuſione nostra. & operuit noſ ignominia nostra quoniam domino deo nostro peccauimus. & patreſ nostri ab adoleſcentia nostra uſq; ad hunc diem. & non audiuimus uocem domini dei nostri. Si conuerteriſ iſrael ait dominus. ad me conuertere. Si abſtuleriſ offendicula tua a facie mea non commoueberiſ. & iurabiſ uiuit dominus in ueritate & in iudicio & in iuſticia. & benedicent eum genteſ. ipſumq; laudabunt. h. ℟ Noli eſſe michi domine aliene nuſ parcens michi in die mala. confundantur omneſ qui me perſequuntur. & non confundar ego. ℣ Confundantur omneſ inimici mei qui querunt animam meam ut auferant eam. Confundantur.

Hec dicit dominus uiro iuda & iheruſalem. Nouate uobiſ nouale. & nolite ſerere ſuper ſpinaſ. Circumcidimini domino. & auferte preputia cordium ueſtrorum uiri iuda & habitatoreſ iheruſalem. ne forte egrediatur ut ignis indignacio mea & ſuccendatur. & non ſit qui extinguat propter maliciam cogitacionum uestrarum. Annunciate in iuda. & in iheruſalem auditum facite. Loquimini & canite tuba in terra. & clamate forte & dicite. Congregamini & in

gredi[amur] ciuitateſ munitaſ. h. ℟ Dominus mecum eſt tamquam bellator fortiſ propterea perſecuti ſunt me & intelligere non potuerunt domine probaſ renes & cor da tibi reuelaui cauſam meam. ℣ Et uim faciebant qui querebant animam meam & qui inquirebant mala michi locuti ſunt uanitateſ. Dne.

℟ Ancilla dixit petro uere tu galileuſ eſ nam & loquela tua manifeſtum te facit. ℣ Ille per de [...]

Impiuſ deus animam meam. Iohanne[m].

In illo tempore. Cum adpropinquaſſet iheſus iheroſolimiſ & ueniſſet bethfage ad montem oliueti. tunc miſit duoſ diſcipuloſ dicenſ eiſ. Ite in caſtellum quod contra uoſ eſt. Iohis epi.

Puto reſ ipſa exigit ut queramus quare frequenter quidem iheſus uenit in iheruſalem ſicut iohanneſ teſtatur. numquam tamen ſibi adhibuit miniſteria iumentorum. nec ramorum uirentia circa ſe ornamenta conſtituit. nec ad terribilem laudem ſue diuinitatiſ animoſ excitauit. nunc tamen quando ut pateret aduenit. ℟ Obprobrium factuſ ſum inimiciſ meis [...] uiderunt me & mouerunt capita ſua adiuua me domine deus meus. ℣ Perſequar inimicoſ meoſ & comprehendam eoſ & non conuertar donec deficiant. Adiuua.

Ideo quod cum tanta gloria eſt ingreſſuſ. ut amplius [...] aduerſus ſe excitaret inuidiam. quia iam tempus paſſioniſ eius inſtabat. & non

License: public_domain – Denton, TX, University of North Texas Music Library, # 06-167, recto – Breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ky2q/10366/75977)